



BONO CUM DEO.

PROOEMIUM.

In quâ anni tempestate haud leviter impressa summa Dei bonitatis vestigia in terris deprehenduntur, deprehenduntur certè hoc verno tempore: ubi omnia, quocunque oculorum aciem detorqueamus, novam eamque latisissimam faciem induunt. Cælum Sole nunquam non per hyemem viduatum renitet purius, molliores Favonii increbrescunt, pubescunt prata, turgent gemmis arbores, fontes manant liquidius, & hybernis compagibus expediti amnes largius fluunt. Vocalis ubiq; est sylva, grata oculorum auriumq; palestra; omnium rerum, quibuscunque in locis incredibilis quædam ac mirifica alacritas, totiusq; natura gaudentis imago. Quæ, quanta, quanta sunt, (quæ certè mirabilia sunt) cum quis ad accuratioris iudicii lancem exigat, non potest non, quin summam summi Numinis bonitatem vivis quasi coloribus depictam admiretur, colat, deprecet. Sunt enim hæc omnia, quæ cernimus, rivuli ex largissimo divina bonitatis fonte in genus humanum largissimè redundantes, unde non tam omnimodam delectationem, quàm ineffabilem utilitatem cuilibet haurire licet. Cum verò huic benignissimi & plus quàm Paterni Numinis bonitati nullum melius & gratius redhostimentum à nobis poni possit, quàm si nunquam deposità horum beneficiorum memoriã eam celebremus; nemo nobis vitio veriet, quod hæc tenuia de hac colendâ DEI bonitate ex tenui ingenii penu deprompta luci publicæ exposuerimus, spe freti, bonos si non ubiq; scopum ferire visi fuerimus, nobis veniam duros, secumq; cogitatu-

O

ros.